Halle UB.
Fragm.
20

desolabuntur· Et consurgam super domū
hierob[oam] in gladio· Et misit amasias sa
cerdos bethel ad hieroboam regem isrāhel·
dicens· Rebellauit contra te amos in medio
domus israhel· non poterit terra sustinere
uniuersos sermones eius· Hec enim dicit
amos· In gladio morietur hieroboam &
israhel captiuus migrabit de terra sua· Et
dixit amasias ad amos· Qui uides gradere
fuge in terram iuda· & comede ibi panem
& ibi prophetabis· & in bethel non adicies
ultra ut prophetes· quia scīficatio regis est
& domus regni est· Et respondit [amo]s
& dixit ad amasiam· Non sum propheta
non sum filius prophete· sed armentarius
ego sum uellicans sico[mor]os· & tulit me
dn̄s cum sequerer gregem· & dixit ad me
dn̄s· Uade propheta ad populum meum
israhel· Et nunc audi uerbum dn̄i· Tu dicis
non prophetabis super israhel· & non stil
labis super domum idoli· Propter hoc
hec dicit dn̄s· Uxor [tua in ci]uitate for
nicabitur· & filii tui & filie tue in gla
dio cadent· & humus tua in funiculo me
tietur· Et tu in terra polluta morieris & isrł
captiuus migrabit de terra sua· hec osten

tum
Et u
cum
pon
nou
dies
uue
sed
tur
usq;
uerb
defi
tesu
& d
bers
Iudi
citu
limu
& n
non
exe
infe
si as
eos· E
mel
ueru

Amos 7,9 - 9,9

dit mihi dn̄s ds̄ & ecce uncinus pomorū
& dixit. Quid tu uides amos? Et dixi.
Uncinum pomorum. Et dixit dn̄s ad me.
Venit finis super populum meum israhel.
non adiciam ultra ut pertranseam eum.
& stridebunt cardines templi in die illa
dicit dn̄s ds̄. multi morientur in omni
loco proicietur silentium. Audite hec
qui conteritis pauperem & deficere facitis
egenos terre dicentes. Quando transibit
messis & uenundabimus merces? Et sab
batum & aperiemus frumentum ut im
minuamus mensuram & augeamus siclū
& supponamus stateras dolosas. ut possi
deamus in argento egenos & pauperes
pro calciamentis. & quisquilias frumenti
uendamus. Iurauit dn̄s in superbia iacob.
si oblitus fuero usq; ad finem omnia opera
eorum. Numquid super isto non commo
uebitur terra & lugebit omnis habitator
eius. Et ascendet quasi fluuius uniuersus
& eicietur & defluet quasi riuus egypti.

ubi m
si ab
suis
Et p
& n
qui
omn
uus
qui
& fa
ut
eas
quo
filii
asce
nos
acu
terra
con
du
& c
don

Halle UB., Fragm. 20

Amos 7,9 – 9,9